



Quoniam secundum platonem nihil est ortus sub sole
 cuius causa legitima non precessit. Et secundum aristotelem in phemio metaphisice soli illi docent qui
 per causas et principia docent. ideo de causis sciē-
 tie istius libri antequam ad textum accedamus est vi-
 dendum. **N**otandum igitur quod sciētie huius li-
 bri quattuor sunt cause. scilicet materialis formalis efficiēs et fina-
 lis. Causa materialis siue subiectum est nature duodecim anima-
 liū. scilicet Leonis. aquile. serpentis. et sic de alijs ut patebit in pcessu
 huius libri. Causa formalis est hic duplex sicut alibi. scilicet forma
 tractatus et forma tractandi. Forma tractatus consistit in diuisi-
 one et distinctione huius libri. Forma tractandi est modus agen-
 di. in hoc libro qui est metricus. Causa efficiēs sciētie huius li-
 bri dicitur fuisse magister Theobaldus doctor et episcopus qui
 istum librum simpliciter verbis proposuit. nolens per verba obscura extolli
 et exaltari. Causa finalis est utilitas libri. **U**nā utilitas libri est.
 ut plecto hoc libro discamus virtutes amare. vicia fugere et bo-
 nis moribus inherere. Virtutes inquam cardinales et principales que
 sunt. prudentia. iusticia. temperantia. et fortitudo. vicia inquam fu-
 giamus. que sunt. superbia. auaricia gula. luxuria. et alia que per ani-
 malia denotantur. **U**el utilitas huius libri est. ut plecto isto libro
 sciamus quod christus per naturam leonis. et dyabolus per naturam val-
 pis designatur. et ita de singulis suo modo. **I**tem nota quod pncipales sciē-
 tia duplici parti philosophie supponitur. et hoc secundum diuersam ei-
 consideratōem. **U**nde in quantum considerat seu tractat de naturis
 animalium. sic supponitur philosophie naturali. quod philosophus
 tractat in philosophia naturali de naturis animalium. **S**ed in quantum
 considerat seu tractat de vicijs fugiendis. et virtutibus imitan-
 dis sic supponitur philosophie moralis. **I**tem nota quod intentio auctoris
Uno modo est docere duodecim animalium naturas. ut eis cognitis et
 pceptis ad diuinam paginam securius accedamus. **A**lio modo inten-
 tio auctoris est duodecim animalium naturas describere. et figuras
 illarum naturarum elicere. **T**ercio modo intentio auctoris est christianos
 in hoc libro a vicijs retrahere. et ad virtutes. et principaliter ad
 istas quattuor. scilicet iusticiam temperantiam fortitudinem et prudē-
 tiam que ut prius patuit dicuntur quattuor virtutes cardinales. **I**tem
 nota quod titulus huius libri est iste. **I**ncipit physiologus theobaldi epi-
 tractatus de naturis duodecim animalium. **E**t dicitur physiologus a phis grece.
 quod est natura linc et olon totum et logos sermo. que si primo totum de natura